De libris Parochialibus

Mandavit deferri ad Palatium Ep.le ad effectum recognoscendi, et subscribendi.

De Domo Parochiali

Mansio Parochi est prope sacristiam, et benè detinetur per modernum Rectorem.

De statu animarum

Tota Parochia constat

Focularibus	n.o	116
Animabus Communionis	n.o	324
Non Communicantibus	n.o	164
Animae omnes sunt	n.o	488

De Ecclia Parochiali
S. Benedicti
die 10. 8bris 1719

Rector Ecclae D. Clemens Giovannoli laborabat morbo ideòq. Illmus D. exceptus fuit ab eius substituto, et peracta absolutione Defunctor. visitavit, et decrevit ut infra

De SS. Eucaristiae Sacram.to

Asservatur SS. Sacramentum in Tabernaculo Marmoreo existente in unico Altare dicato D. Benedicto quod Illmus D. invenit ad formam, et cum eo Populo benedixit.

De Sacro Oleo Infirmor.

A cornu Evangelij eiusd. Altaris adest custodia pro Oleo Sancto, sed propter humiditatem Parochus illud

retinebat in Sacristia, Illmus D. mandavit expurgari locum in parte exteriori Ecclesiae respondente d. Custodie, et cooperiri ad arcendam pluviam, et conservari Oleum in d.a sua Custodia nec non apponi Lucem in vasculo, et cordulas longiores sericas violacei coloris in Bursa, in qua deferunt ad Infirmos infra mensem sub penis arbitrio &.

De Altare S. Benedicti

Parochus tenetur celebrare diebus Dominicis, et festis de precepto cum applicatione Sacrificii pro Populo.

Item Missas duodecim annuas pro anima qm. Caroli Montini

Illmus D. mandavit doceri de adimplemento Missarum, et quoad altare provideri de Conopeo serico, vel quasi diversorum colorum pro tabernaculo, et de quatuor vasculis decentibus cum floribus, reaptari bradellam in partibus necessariis, et cooperiri totum Altare, tela cerata in parte interiori, et seragula in superiori post finitas Missas infra mensem sub penis &.

De Sacrario

Mandavit omnino apponi seram cum clave iuxta decreta precedentium visitationum infra mensem sub penis arbitrio.

De Sacristia

Mandavit Cuppam Calicis Maioris, et patenam eiusdem inaurari infra mensem. Planetam albi coloris suspensioni subiecit donec fuerit reaptata. Provideri de velo serico nigri coloris pro Calice, et de tabella pro Preparatione, et fenestram muniri nova tela infra mensem sub penis &.

De Confessionali

Mandavit in eo apponi Casus reservatos.

De Tota Ecclesia

Possidet bona descripta in Inventº exhibito et aligato in actis pº. 1 fol. Illmus D. mandavit reaptari Januas et Tectum in partibus necessarijs infra m. sub pœnis &c. = fol. 128

De Libris Parochialibus

Mandavit deferri ad Palatium episcopale, ut valeant recognosci, et subscribi.

De Statu animarum

Tota hæc Parochia constat

Focularibus	nº 39
Animabus Communionis	nº 100
Non Communicantibus	nº 39
Animæ Omnes sunt	nº 139

De ecclesia S. Ioañis Decollati

Die dª. 10 8bris. 1719.

Illmus. et Rmus D. prosequendo sacram Visitationem se contulit ad proxima ecclesia S. Ioñs. Decollati, ubi erecta est Societas sub eod. S. titulo, aggregata archiconftᵢ S. Ioñs. Decollati de Urbe, et peracta absolutione Defunctor. devenit ut infrà

De Altare Maiori

In die festo S. titularis decantatr. Missa, cum primis et 2.is Vesperis per DD. Capitulares qui processionaliter